

Natalis Domini ter semis sol madiique
 Da Deus hic Jacobus superet virtute priores,
 Sit sospes letus, sit felix, sitque quietus.

De episcopo Brandenburgensi, loh. Bodeker († 1459).

Prof. Gabriel, director instituti Mediaevalis apud universitatem Notre Dame (Indiana, U.S.A.), die 10 decembris 1967, sexagesimum aetatis suae annum complevit. Hac occasione, nonnulli ex permultis discipulis, qui sub ductu clari professoris formationem suam scientificam nacti sunt, volumen ediderunt, sub inscriptione : *Studium Generale. Studies offered to Astrik L. Gabriel*. Edited by L.S. DOMONKOS and R.J. SCHNEIDER. Notre Dame, The Mediaeval Institute. University of Notre Dame. 1967. xxxi + 253 pp. Septem studia particularia hic iuncta eduntur. In fine, index habetur. In prologo, confecto a prof. Domonkos, textitur cursus vitae prof. Gabriel; sequitur deinde : A chronological bibliography of the Works of Dr. L. Gabriel (pp. xv-xxx); in qua bibliographia Analecta Praemonstratensia iteratis vicibus referuntur.

Septem studia hic collecta singula tractant de themate tangente vitam Universitatum Medii Aevi. In specie, praeter unam inquisitionem magis generalem : *The Unity of the Mediaeval intellectual Attitude*, curante prof. A. GENDREAU (pp. 55-107), agit DOMONKOS de fundatione Sigismundi apud universitatem de Obuda (Hungaria); quatuor professores prae oculis habent vitam universitariam Parisiensem; sex « pictures » seu repraesentationes desumptae e praeclaris manuscriptis; specialem nostram attentionem movit inquisitio confecta a J. JOHN, inscriptionem hanc habens : *The University Career of Bishop Stephen Bodeker (1384-1459) of Brandenburg with the Text of his Repetition on the Judge and his Conscience* (l.c., pp. 131-157).

Auctor huius inquisitionis in *Anal. Praem.*, XLII, 1966, edidit : *The Canons of Prémontré at the Mediaeval University of Vienna*. Insuper ipse prof. GABRIEL, scripserat in *Anal. Praem.*, XXXVI, 1960, pp. 5-15, de themate : *Les prémontrés dans les universités médiévales*. In quo articulo, p. 13 s.n. 12, referuntur opera manuscripta nota episcopi Praemonstratensis, Bodeker. E quo catalogo operum, conclusio patet, episcopum Bodeker sub varia ratione eminuisse, qua professorem et cultorem studiorum ecclesiasticorum.

Rectissime olim scripsit in *Chronico Anal. Praem.*, VIII, 1932, p. 374 s., relationem faciens de libro conscripto, anno 1928, a Schäfer, N. B(ACKMUND) : « Die Brandenburger und Havelberger Bischöfe, unter denen Persönlichkeiten waren, die durch hervorragende Bildung glänzten und deren Verordnungen in jeder Weise vorbildlich genannt werden müssten, machten sich um die märkische Kulturleben in hoher Weise verdient... Genannt sei vor allem Bischof Stephan Bodeker von Brandenburg, der eine kostbare hebräische Bibel besass ».

A. ZAK, *Episcopatus Ordinis Praemonstratensis*, in *Anal. Praem.*, V, 1929, p. 146, haec de Bodeker breviter scribit : « Natus 1384 in Rathenau a plebe infima, patre doleatore, factus est canonicus Brandenburgensis, studuit Erfordi, Pragae et Lipsiae, ubi 1412 doctor decretorum promotus est. Anno 1416 vicarius generalis Brandenburgi Johannis II de Waldow episcopi, in concilio Constantiensi degentis, nominatus, iam 1419 praepositus quoque erat capituli. Post translationem Iohannis praedicti ad sedem Lubucensem (29 martii 1420) provisos est Stephanus 1 septembris 1421 a Martino V in 38. episcopum Brandenburgensem. Erat unus e meritissimis huius ecclesiae episcopis et inter illos unicus scriptor ecclesiasticus, editor Breviarii Brandenburgensis; convocator synodi 1435, saepe Pontificis arbiter et iudex, ab Eugenio IV et Calixto III valde aestimatus. Obiit 15 februarii 1459 ».

Fusius de eo scribit K.-H. SCHAEFER in *Dictionnaire d'Histoire et de Géographie Ecclésiastiques*, IX, 1937, col. 324 : « Remarquable par sa science, son caractère, son zèle, son habilité, il exerça une grande influence sur le prince-électeur de Brandebourg Frédéric I^{er}, qui le consultait volontiers dans des circonstances difficiles. Au synode provincial de Magdebourg en 1451, il reçut des compliments flatteurs du cardinal Nicolas de Cuse. Le pape Calixte III lui demanda son avis sur la fondation de l'université de Greifswald, dont Bodeker fut nommé conservateur des privilèges en 1456. Il visita plusieurs couvents, enquêta, en 1458, sur certaines erreurs doctrinales, promulgua d'importants statuts synodaux (en 1435 et années suivantes) et une ordination sur l'observation des jours de fête. A plusieurs reprises, il intervint pour apaiser des luttes entre princes. Bodeker se fit surtout remarquer comme savant et écrivain... Tous ses écrits trahissent un auteur animé d'un zèle ardent pour la religion... En outre, des ordonnances sur la visite et la réforme des Églises ».

Ex sua parte B. STASIEWSKI, art. *Stephan Bodeker* in *Lexikon für Theologie und Kirche* 2a ed., IX, 1964, col. 1043, complentia nonnulla refert. « Als kurfürstlicher Rat stand er Friedrich I nahe, vermittelte

1427 den Frieden zw. der Mark Brandenburg u. Pommern. Zunächst Anhänger der konziliaren Idee, stellte er sich später auf die Seite Eugens IV. der ihn wie Calixtus III mit Aufträgen betraute... Sechs von ihm 1431-1444 erlassene Synodalstatuten, die Reform des Breviers (*De horis canonicis*, ed. A. SCHONFELDER, Breslau, 1902) ... u. andere theol. WW beweisen seinen seelsorglichen u. wiss. Eifer».

Pagina ex manuscripto suorum operum deprompta, imaginem episcopi Bodeker referens, photographice multiplicata habetur in *Anal. Praem.*, XXXVI, 1960, p. 13 (procurata a prof. Gabriel).

Plura opera manuscripta professoris ac episcopi Bodeker servata sunt ad nostra usque tempora. Commentarius eius *Tractatus decem praeceptorum* prostat sex manuscriptis diversis. Annum quinquagesimum aetatis suae adeptus, linguae habraicae addiscendae intentus erat, simulque in animo habebat evangelizationem christianam Iudaeorum ad bonum finem deducendam. « Beginning when he was already fifty years old and continuing until his death, to master the Hebrew language. He wanted to provided his priests with the scientific tools needed to convert the Jews of his diocese to Christianity. This project, needless to say, did not succeed, and in fact Bodeker died before he could bring his *Adversus Iudaeos* to an end but before he had already achieved a mastery of Hebrew almost unmatched among contemporary scholars in Germany » (Domonkos, l.c., p. 132).

Ultimis vitae annis potissimum intentus erat fovendae vitae universitariae. Anno 1455, Calixtus III ipsi iniunxerat munus investigandae utrum necne possibile ac opportunum fuisset fundandae novae universitatis in Greifswald. Consequenter ad ipsius consilium favorabile, vi chartae papalis anni 1456, Bodeker renuntiatus fuit protector ac conservator privilegiorum novae universitatis Greifswald.

Trium universitatum auditor fuerat; uti constat ex matriculis illarum universitatum. Anno 1406, notatur uti alumnus universitatis in Erfurt; die 23 Aprilis 1408, notatur eius inscriptio in Iure apud universitatem Pragensem; tandem invenitur eius inscriptio, anno academico 1411-1412, apud universitatem Lipsianam (Leipzig). Ulterius in documentis sermo fit de « repetitione » a Bodeker peracta in Leipzig, anno 1412.

Ex variis inscriptionibus illis erui potest conclusio Bodeker insignitum fuisse laurea Artis in Erfurt; ipsum speciali modo incubuisse formationi iuridicae apud universitatem Pragensem; hancque formationem iuridicam perfecisse in Leipzig. Posteaque actum « repetitionis » ad bonum finem deduxisse in universitate in Leipzig.

Ratio iuxta quam tunc temporis studia in illis universitatibus ordinabantur non parum adumbratur a L.S. Domonkos, l.c.

His in genere expositis de curriculo universitario episcopi Bodeker, propius considerat Domonkos textum peculiarem ex opere episcopi Bodeker, servato in ms. Theol. 118, Berlin, Deutsche Staatsbibliothek. In quo manuscripto, 354 folia continente, habetur *Tractatus decem praeceptorum* et tractatus ad finem non perductus *Adversus Iudaeos*. In hoc manuscripto, completo non post annum 1459, et non ante a. 1449, nonnullas notas ac correctiones ab ipso auctore Bodeker allatas habet. Fragmentum quoddam determinatum ex tractatu De decem praeceptis propius consideratur, ac notis auctum a Domonkos, l.c., pp. 153-157. Agitur de fragmento, quod legitur in manuscripto dicto, fol. 167a-168a; et quidem e capite decimo tractationis praecepti quinti ex praeceptis Domini.

Agitur in specie in illo fragmento de quaestione quadam iuridica, simul et morali, inde a saeculis inter moralistas et iuristas agitata. Agitur siquidem de ratione qua iudex iudicia sua proferre debeat, prae oculis retinendo ea quae conscientia sua recte formata et informata perspexerit.

In hac quaestione perpendenda — textus refertur integer l.c., pp. 153-157 — varia argumenta pro et contra proponuntur. Quaestionem illam has ratione exponit : « Utrum iudex debet iudicare secundum allegata et probata an secundum conscientiam suam ? » Additque in Tractatu suo conscripto : « Hanc quaestionem de facto posui in repetitione mea repetendo, anno domini millesimo cccc° xii in studio Liptziensi, ubi pro solutione huius questionis, dimissis argumentis pro et contra sic collegi ut infra sequitur ».

Quaestioni hac ratione propositae, ita respondit et solvit : « Premitto quod sacerdos vel iudex potest habere tres conscientias : Unam ut Deus de eo quod sibi revelatum est in sacramentali confessione. Aliam habet ut homo de eo quod vidit vel audivit. Terciam ut iudex de eo quod coram eo allegatum et probatum est. Secundum conscientiam quam habet ut Deus numquam debet iudicare, quia alias proditor esset et revelator confessionis... Secundum conscientiam quam habet ut homo etiam iudicare non debet... Sed secundum conscientiam quam habet ut iudex iurium allegacionibus et parcium probacionibus informatam iudicare debet ». — « Sic autem lesam habet conscientiam contra allegata et probata, secundum Hugonem (= Huguccio, Summa) deleget alteri causam ».

Finem ac conclusionem expositioni ita proponit : « Hanc conclusionem

in scholis tenui et defendi et hodie credo eam a veritate non deviare. Et pro ista brevi conclusione in hac materia videtur facere quod scribit beatus Thomas in secunda secunde (Summe theologie), quest. lxiii, art. vi, in solutione tercii argumenti, ubi sic dicit : ... Et vide pro quod idem scribit ubi supra, questione lxvii, art. ii ».

Ex hac accurata expositione doctrinali concludi potest episcopum Bodeker ét doctrinam exponendo, ét eam in praxim deducendo, praeclara edixisse et egisse.

Et in expositione tali episcopi Bodeker agi de quaestione quae respectum mere theoreticum longe excesserit, deduci potest e post-scripto ab ipso Bodeker appposito suo textui. Pluries enim functionem iudicis exercere debuit, qua episcopus. « One of the last public acts of his life would see him conducting a trial of several Hussite heretics in Brandenburg, the leader of whom was handed over to the secular arm for punishment. This trial, held nine years after the completion of the *Tractatus decem praeceptorum*, hardly involved any of the issues discussed in the repetition and it is extremely atypical of the kind of cases Bodeker had to preside over or to review as a bishop, but it does illustrate a vive way that the academic exercises in the law schools of mediaeval Germany were far from being purely academic » (Domonkos, l.c., p. 152 s.)

J.B. VALVEKENS, O. Praem.

Abdijstraat, 1, Averbode (Belg.).

**D. Dr. jur. Hermann Josef (Hans) Lentze, O. Praem.,
60 Jahre alt.**

Schon im Vorjahr (5. September 1968) konnte die Klosterfamilie das silberne Priesterjubiläum von D. Hermann Josef mit einer feierlichen Concelebration in der Basilica Wilten begehen, bei der Mitbruder Gebhard Pfluger, Pfarrer von Pradl, die Festpredigt hielt. Anlässlich des 60. Geburtstages Lentzes, seit 1954 Vorstand des Instituts für Europäische Rechtsgeschichte an der Universität Wien, ordentlicher Professor des Deutschen Rechtes, der österreichischen Verwaltungs- und Verfassungsgeschichte und der allgemeinen Wirtschaftsgeschichte, fand am 14. März 1969 Vormittag im großen Senatssaal der Alma Mater Rudolfina ein akademischer Festakt statt, der durch den Institutseigenen mehrstimmigen Männerchor musikalisch umrahmt wurde. Außer den Vertretern des Bundesministeriums für Unter-